

**Macrobius.** in recte interpretatus est Macrobius. Visus est Plinius Stoicos sequi, cum dixit,  
**Somn. Scip.** *Aetnæ*, aliorumque ardentium montium, ignes incendia terris denuntiare;  
**1. 2 c. 10.** & ex seminum angusto, in cuius vices vergit ævum, fœcunditatem ex-  
**Plin. 1. 2.** tingui. Et Censorinus, cum dixit, anni magni hyemem summam esse di-  
**c. 106. & 1. 7.** luvionem, æstatem esse orbis incendium, mundumque alternis exignescere  
**C. 16. Cen-** & exaqueescere. Aliter Firmicus, magno nempe illo anno vertente, quem  
**f. 18.** Jul. Firmic.  
**1. 3 c. 1.** trecentis millibus solarium annorum constare vult, fieri redintegrationem  
 rerum per alternas exustiones & eluviones. Persuasum id quoque fuit ex-  
 oticis gentibus: Chaldaeis, si rem quidem licet existimare ex Berofo,  
 quem Beli interpretem fuisse narrat Seneca, & conflagrationi tempus  
 assignasse, cum sidera omnia convenerint in Cancrum; inundationem,  
 cum in Capricornum: Guebris, Zoroastrem dogmatum suorum auctorem  
 jactantibus, quibus placet terram olim liquefactum iri, & in aliam formam  
 longeque amoenissimam reparatum. Addunt Persæ, Indiæ inquilini, futu-  
 rum id post mille annos. Prætero Hydaspis, vetusti illius Medorum re-  
 gis, Sibyllæ, & Trismegisti suffragia, quibus ad Christianam doctrinam,  
 de futura rerum omnium per ignem consumtione, afferendam non satis  
**Justin. Apo.** eaute usi sunt Justinus & Lactantius, scriptores pie creduli, legitima adul-  
**Log. 2.** terinis Gnosticorum scriptionibus non satis discernentes. Igne de cælo  
**Lactant.** depluente conflagraturum orbem credunt Siamenses & Peguani, post  
**Epit. c. 12.** certa intervalla iri renovatum. Intervalla hæc octo annorum millibus  
 definiunt, quorum millia sex jam præterierint. Sinæ post bella & cala-  
 mitates in psistinum Chaos redditurum. Progenitores vero nostri Galli  
 pervulgatam illam de ignibus & aquis per vices orbem deleturis senten-  
 tiam tenuerunt.

## CAPUT XXII.

### De reditu mortuorum ad vitam.

**Tertull. de**  
**refurr. carn.**  
**Cap. I.**

**F**IDUCIA Christianorum, resurrectio mortuorum, inquit Tertullianus. Multa nos ad id argumentum pertinentia supra concessimus, cum differeremus & de iis, quos Christus vita restituit, & de Christo ipso reviviscente. Supereft, ut agamus de reditu omnium hominum ad vitam, qui in fine rerum futurus est. Non una fuit Judæorum omnium super ea re sententia. Qui rerum naturalium studio erant de-  
**I. Cor. 1, 20.** diti, quos Paulus conquerores hujus seculi appellat, defendebant fere met-  
 empfy-